LUCIANI SAMOSATENSIS DIALOGUS

Qui inſcribitur

TIMON, ſive MISANTHROPUS.

O JUPITER Philie, hoſpitalis, ſodalitie, domeſtice, fulgurator, juramenti præſes, nubicoge, grandiſtrepe, & ſi quod aliud tibi cognomen attoniti Poëtæ tribuunt. Maximè quum hærent in verſu (Nam tū illis multi nominis factus, carminis ruinam fulcis metriq; hiatum imples.) Ubi tibi nunc magnicrepum fulgur, gravifremum tonitru? ubi ardens, candens, ac terrificum fulmen? Nam hæc omnia jam nugas eſſe apparet, fumumque revera poëticum, nec omnino quicquam præter nominum ſtrepitū. Sed decantatum illud tuū telum eminus feriens, & promptum, neſcio quomodo penitus extinctum ſit, & frigidum, & ne minimam quidem ſcintillam iræ contra nocentes aſſervarit.

ΤΙΜΩΝ, Η ΜΙΣΑΝΘΡΩΠΟΣ.

Ὦ Ζεῦ, φίλιε, καὶ ξένιε, καὶ ἑταιρεῖε, καὶ ἐφέστιε, καὶ ἀστεροπητά, καὶ ὅρκιε, καὶ νεφεληγερέτα, καὶ ἐρίγδουπε, καὶ εἴ τί σε ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσι. Καὶ μάλιστα ὅταν ἀπορῶσι πρὸς τὰ μέτρα, τότε γὰρ αὐτοῖς πολυώνυμος γινόμενος, ὑπερείδεις τὸ πῖπτον τοῦ μέτρου, καὶ ἀναπληροῖς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ. Ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγος ἀστραπή, καὶ ἡ βαρύβρομος βροντή, καὶ ὁ αἰθαλόεις, καὶ ἀργήεις, καὶ σμερδαλέος κεραυνός; Ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε, καὶ καπνὸς ποιητικὸς ἀτεχνῶς, ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων. Τὸ δὲ ἀοίδιμόν σου, καὶ ἑκηβόλον ὅπλον, καὶ πρόχειρον, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τελέως ἀπέσβη, καὶ ψυχρόν ἐστι, μηδὲ ὀλίγον σπινθῆρα ὀργῆς κατὰ τῶν ἀδικούντων διαφυλάττον.